

Hymnus VIII Kalendas Ianuarias

(str.4) *Emerge, dulcis pusio,
quem mater edit castitas
parens et expers coniugis,
mediator et duplex genus!*

(str.5) *Ex ore quamlibet Patri
sis ortus et Verbo editus,
tamen paterno in pectore
Sophia callebas prius,*

(str.6) *quae prompta caelum condidit,
caelum diemque et cetera:
virtute Verbi effecta sunt
haec cuncta ; nam Verbum Deus.*

(str.7) *Sed ordinatis saeculis
rerumque digesto statu,
fundator ipse et artifex
permansit in Patris sinu,*

(str.8) *donec rotata annalium
transvolverentur milia,
atque ipse peccantem diu
dignatus orbem viseret.*

(str.11) *Stragem sed istam non tulit
Christus cadentum gentium,
Impune ne forsan sui
Patris periret fabrica,*

(str.12) *mortale corpus induit,
ut excitato corpore
mortis catenam frangeret
hominemque portaret Patri.*

(str.13) *Hic ille natalis dies,
quo te creator arduus
spiravit et limo indidit,
sermone carnem glutinans.*

(str.14) *Sentisne, virgo nobilis
matura per fastidia
pudoris intactum decus
honore partus crescere?*

(str.15) *O quanta rerum gaudia
alvus pudica continet,
ex qua novellum saeculum
procedit et lux aurea!*

(str.16) *Vagitus ille exordium
vernantis orbis prodidit;
nam tunc renatus sordidum
mundus veterum depulit.*

(str.17) *Sparsisse tellurem reor
rus omne densis floribus,
ipsasque harenas Syrtium
fragrasse nardo et nectare.*

Inno per il giorno di Natale

(4)Mostrati, o dolce bimbo,
che la madre pur casta dà alla luce
genitrice e senza marito,
o mediatore, Dio ed uomo.

(5) Per quanto sia nato dal soffio
del Padre e generato dal Verbo
tuttavia nel seno del Padre
tu vivevi come Sapienza,

(6)che pronta il cielo ha creato,
il cielo e il giorno e ogni cosa:
per la virtù del Verbo
tutto questo è stato compiuto:
infatti il Verbo è Dio.

(7) Ma disposti in ordine i secoli
e dato assetto all'universo
il fondatore stesso e artefice
rimase in seno al Padre,

(8) sinché i millenni si volgessero
tornando in circolo
ed egli stesso si degnasse
ostinata nel peccato.

(11)Ma questa strage Cristo
non sopportò di genti in perdizione,
perché l'opera del Padre
non avesse a perire impunemente,
(12)rivestì un corpo mortale,
al fine di spezzare
destato il corpo dalla morte
le sue catene portando l'uomo al Padre.

(13) Oggi è quel giorno natale
in cui il Creatore eccelso
t'animò dentro l'argilla
unendo la carne al Verbo.

(14) Non senti, o vergine chiara,
attraverso le ultime doglie
con la gloria del parto crescere
del pudore l'intatto decoro?

(15) O quante gioie contiene
il grembo tuo pudico,
da cui una nuova era
sorge e l'età dell'oro!

(16) Fu quel vagito esordio
di nuova primavera,
allora rinato il mondo
si liberò dal turpe suo letargo.

(17) Credo la terra I campi
vestisse tutti di copiosi fiori,
le stesse sabbie delle Sirti
odorassero di nettare e nardo.

(str.18) *Te cuncta nascentem, puer,
sensere dura et barbara,
victusque saxorum rigor
obduxit herbam cotibus.*

(str.19) *Iam mella de scopulis fluunt
iam stillat ilex arido*

*sudans amomum stipite,
iam sunt myricis balsama.*

(str.20) *O sancta praesepe tui,
aeterne rex, cunabula,
populisqueper saeculum sacra,
mutis et ipsis credita!*

(str. 21) *Adorat haec brutum pecus,
indocta turba scilicet,
adorat excors nation,
vis cuius in pastu sita est.*

(str. 22) *Sed cum fideli spiritu
concurrat ad praesepe
pagana gens et quadrupes,
sapiatque quod brutum fuit,*

(str.23) *negat patrum prosapia
perosa praesentem Deum;
credas venenis ebriam
furiisve lymphatam rapi.*

(str.29) *Iudaea, tunc fulmen crucis
experta, qui sit senties
quem, te furoris praesule,
mors hausit et mox reddidit.*

(18) Tutte le cose senz'anima, fanciullo,
sentirono la tua venuta
e la durezza vinta delle rocce
vesti d'erba le pietre.

(19) Già dalle rupi scorrono
torrenti di miele e il leccio stilla
dall'arido suo tronco lacrime d'amomo,
già danno balsami le tamerici.

(20) O re eterno, santa
è la culla del tuo presepe
sacra nei secoli alle genti,
venerata anche dai bruti!

(21) L'adora il brutto gregge
l'adorano gli esseri senza ragione
le creature rustiche
che sostenta la pastura.

(22) Nel mentre che piene di fede
accorrono al presepio
la gente villica e le bestie
e comprendono quei
che furon senza lume,

(23) nega la stirpe dei padri
in odio il Dio presente;
la crederesti ebra di veleni
o trascinata pazza dalle furie.

(29) Allora provato il fulmine
della croce conoscerai, Giudea,
chi sia colui che morte
avendo te a capo estinse e tosto restituì.